


NICOLAI COPERNICI

duo latera data sunt  $DE$  part. 1460. quarum est  $BD$  10000. conti-  
 nentia angulum  $BDE$  datum in part. CXX XVI. scrup. VIII. interi-  
 orem ipsius  $ADB$  dati part. XLIII. scrup. LII. Demonstrabitur  
 ex eis tertium  $BE$  latus illarum partium 11097. & angulus  $DBE$ ,  
 partium V. scrupul. XIII. Sed angulus qui sub  $DBF$  æqualis est  
 ei, qui sub  $ABD$  per hypothese[m], erit totus  $EFB$  partium XLIX.  
 scrup. V. contentus datis  $EB$ ,  $BF$  lateribus. Habebimus propte-  
 rea angulum  $BEF$  duarum partium, & reliquum latus  $FE$  par-  
 tium 10776. quarum  $DB$  est 10000. Igitur qui sub  $DXE$  partiū  
 est VII. scrupul. XIII. ipsum enim colligunt  $XBE$ , &  $XEB$  inte-  
 riores & oppositi. Hæc est prosthaphæresis ablatiua, qua an-  
 gulus  $ADB$  maior erat ipsi  $XED$ , & locus Martis medius uero,  
 Medius autem numeratus est partium CLXIII. scrup. XXXII.  
 præcessit ergo uerus in part. CLVI. scrupul. XIX. Sed appa-  
 ruit in part. CXC I. scrupul. XXVIII. circa  $S$  aspicientibus ipsum.



Facta est ergo eius parallaxis, siue cō-  
 mutatio partiū XXXV. scrupul. IX.  
 in consequentia. Patet ergo  $EFB$  an-  
 gulus partium XXXV. scrup. IX. Pa-  
 rallelo autem existente  $RT$  ipsi  $BD$ , es-  
 rat  $DXE$  angulus ipsi  $REV$  æqualis, &  
 $REV$  circumferentia similiter parti-  
 um VII. scrup. XIII. Sic tota  $VR'S$ , par-  
 tium est CV. scrupul. XLI. anomalix  
 commutationis coæquata. Quibus  
 constat angulus  $VES$ , exterior trian-  
 guli  $FEB$ . Exinde etiam datur angu-  
 lus interior ex opposito  $FSE$ , partium  
 LXX. scrup. XXXII. ac omnes in iisdē  
 partibus, quibus CLXXX. sunt duo re-  
 cti. Sed trianguli datorū angulorum  
 datur ratio laterū, ergo longitudine  
 $FB$  part. 9428.  $ES$ , 5757. quarū dime-  
 tiens circuli circumscribentis triangu-  
 lum fuerit 10000. Quarum igitur  $BF$   
 fuerit 10776, erit  $ES$ , 6580. ferè. qua-  
 rum  $BD$